GRādes materias ingenia parua nō ſufferūt . ⁊ i ipſo conatu vltra vires auſa ſuccūbunt Quātoꝫ maius fuerit quod dicēdum eſt tāto magis obruitur qui magnitudiēm rerum v̇bis nō pōt explicare . Nepotianus meus . tuꝰ . noſter . immo chriſti idcirco plus noſter reliquit ſenes . ⁊ deſiderij ſui iaculo vulneratos intolerabili dolore cōfecit Quez heredem putauimꝰ funus tenemꝰ Cui iam meum ſudabit ingeniū Cui iam meū ſudabit ingenium . Cui littere placere geſtiēt . Vbi eſt ergo noſter epodiois ⁊ cygneo canore vox dulcior . Stupet aīmꝰ manus tremit caligāt oculi . lingua balbutit . quicquid dixero qr ille nō audit mutum videtur . Stilꝰ ipſe quaſi ſentiēs ⁊ cera ſubtriſtior vel rubigie vel ſitu obducitur . Quotiēſcūꝫ nitor in v̇ba ꝓrūpe ⁊ ſup tumulū eiꝰ epitaphij hꝰ flores ſpergere torrens lachrymis implētur ocli ⁊ renouato dolore totꝰ in funere ſum . Moris quōdā fuit vt ſup cadauera defūctoꝝ in cōcione ꝓ roſtris laudes liberi dicerēt . ⁊ inſtar lugubriū carminū ad fletꝰ ⁊ gemitꝰ audiētiū pectora cōcitarēt En rerū in nobis ordo mutatꝰ ē ⁊ in calamitatē nrām ꝑdidit ſua iura natura Qd̄ exhibere ſenibꝰ iuuēis debuit . hoc iuueni exhibemꝰ ſenes Quid igr̄ faciā Jūgā tecū lachry

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

mas . Sed apłs ꝓhibet ⁊ chriſtianorū mortuos
dormiētes vocat Et dn̄s in euāgelio Nō ē mortua
puella ſed dormit lazarus quoqʒ qꝛ dormierat ſuſ
citatꝰ eſt letar ⁊ gaudeā ꝙ raptus ſit ne malicia
mutaret mētē eiꝰ qꝛ placuerat deo aīa illiꝰ Sed iui
to ⁊ repugnāti ꝑ genas lachrymę fluūt: ⁊ inter pre
cepta ꝯtutū reſurrectiōis qʒ ſpem . credulam mētē
deſiderij frāgit affectꝰ O mors amara que trēs di
uidis ⁊ amore ſociatos crudelis ac dura diſſocias
Adduxit vētrē vētū dn̄s de deſerto aſcēdētē . qui ſic
cauit venas tuas ⁊ deſolauit fontē tuū Deuoraſti
quidem ionam ſʒ ⁊ in vtero tuo viuꝰ fuit Portaſti
quaſi emortuū vt tēpeſtas mūdi cōquieſceret ⁊ mi
nime nrā illiꝰ ꝑconio ſaluaret Ille ille te vicit . ille
iugulauit fugitiuꝰ ꝓphā qui reliquit domū ſuam
dimiſit hereditatem ſuam . dedit dilcām aīām ſuā
in manꝰ querētiū eā Qui ꝑ oſee quōdā tibi rigidꝰ
minabatꝛ Ero mors tua o mors ero morſus tuus
inferne Illiꝰ morte tu mortua es . illiꝰ morte nos
viuimꝰ Deuoraſti ⁊ deuorata es dumqʒ aſſumpti
corpis ſollicitaris illecebra ⁊ auidis faucibꝰ ꝑdam
putas . īteriora tua aduncō dēte cōfoſſa ſūt Grāſ
tibi xp̄e ſaluator tua agiꝰ creatura ꝙ tā potētē ad
uerſariū noſtꝝ dū occideris occidiſti Quis aūt mi
ſerior hoīe qui eterne mortis terrore ꝓſtratꝰ viuēdi
ſenſū ad hoc tm̄ accipet vt ꝑiret Regnauit eī mors
ab adā vſqʒ ad moiſen etiā ī eos qui n̄ peccauerūt
in ſilitudīe ꝑuaricatiōis ade . ſi abrahā iſaac ⁊ ia

cob in inferno quis in regno celorū. Si amici tui
ſub pena offendentis adam ⁊ qui non peccauerāt
alienis peccatis tenebātur obnoxij. quid de is cre
dendum eſt qui dixerūt in cordibꝰ ſuis nō eſt deꝰ
qui corrupti ſunt ⁊ abhominabiles facti ſunt. nō
eſt qui faciat bonū non eſt vſqꝫ ad vnū. Q̄d ſi la-
zarus videtur in ſinu abrahe locoqꝫ refrigerij quid
ſimile infernꝰ ⁊ regna celorū. Ante chriſtū abrahā
ad inferos. poſt chriſtū latro in paradiſo. Et id-
circo in reſurrectione eiꝰ multa dormientiū corpa
ra ſurrexerūt. ⁊ viſa ſunt in celeſti ihr̄lm. Tūc qꝫ
completū eſt illud elogium Surge qui dormis ⁊
eleuare ⁊ illuminabit te chriſtus Johannes bapti
ſta in heremo perſonabat Penitentiam agite ap-
propinquabit regnū celorum A diebꝰ enim iohis
baptiſte regnū celorum vim patitur et violenti di
ripiūt illud Flammea illa romphea cuſtos paradi
ſi. ac preſidentia foribꝰ cherubin chriſti reſtincta
⁊ reſerata ſunt ſanguine Nec mirū hoc nobis in re
ſurrectiōe ꝓmitti cū omnes qui in carne nō ſcd̄m
carnem viuimus municipatum habemꝰ in celo. ⁊
hic adhuc poſitis dicatur in terra Regnum dei ītra
vos eſt. Adde ꝙ an̄ reſurrectiōem chriſti notꝰ tā
tum in iudea erat deꝰ ⁊ in iſrahel magnum nomē
eius. ⁊ ipſi qui nouerāt eum tamen ad inferos tra
hebantur. Vbi tūc totiꝰ orbis homines ab indya
vſqꝫ ad britanniam a rigida ſeptentrionis plaga
vſqꝫ ad feruores athlantici oceani tā innumerabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

les ppl'i ⁊ tātarum gētiuꝫ mltitudiēs q̄ varie lin
guis ⁊ habitu tam veſtib9 ⁊ armis piſcium ritu ac
lochuſtarum ⁊ velut muſce ⁊ culices cōterebātur.
Abſqꝫ noticia enim creatoris ſui oīs hō pecus eſt.
Nūc vō paſſioēm chriſti ⁊ reſurrectioēm ei9 cūcta
rum gētium voces ⁊ lrē ſonāt. Taceo de hebreis
grecis ⁊ latinis quas natioēs fidei ſue in crucis ti
tulo dn̄s dedicauit. Immortalem aīām ⁊ poſt diſ-
ſolutioēm corpis ſubſiſtētem qd pictagoras ſom
niauit. democrit9 credidit. in cōſolationem dam
natiōis ſue ſocrates diſputauit in carcere Indus
parſa gothus egiptus philoſophātur. beſſorum
feritas ⁊ pellitorū turba ppl'oꝝ qui mortuoꝝ quō
dam inferis homiēs immolabāt ſtridorē ſuū i dul
ce crucis fregerūt melos. ⁊ totus mūdi vna vox
chriſtus eſt. Quid agimus aīa. Quo nos vtim9
Quid pmum aſſumimus. quid tacem9. Excide
rūt ne tibi pcepta rhetorum ⁊ occupata luctu. op-
preſſa lachrymis ꝑpedita ſingultibus dicendi or-
dinem non tenes. Vbi illud ab infantia ſtudium
lrārum. ⁊ anaxagore ac telamōis laudata ſp ſen
tētia. ſciebam me genuiſſe mortalem Legim9 cra
torem cuius volumē ad cōfouēdum dolorem ſuum
ſecut9 ē cicero platōis diogenis clitomachi carnea
dis poſſidonij ad ſedādos luct9 opuſc'la pcurrim9
Qui diuerſis etatib9 diuerſoꝝ lamēta vel libris ⁊
epl'is minuere ſunt conati Vt etiam ſi noſtruꝫ are
ret ingenium de illorum poſſet fontibus irrigari

apponūt innumerabiles viros marie periclem ⁊ xe
nofontem ſocraticum quoꝝ alter amiſſis duobus
filijs coronat⁹ in cōciōe diſſeruit. alter cū ſacrifi
cās filiū in bello audiſſet occiſuꝫ depoſuiſſe coronā
dr. ⁊ eādem capiti repoſuiſſe poſtꝙ fortiter in acie
dimicātē repperit cōcidiſſe. Quid memoreꝫ ro
manos duces quoꝝ v̊tutibus quaſi quibuſdā ſtel-
lis latine micāt hiſtorie. Puluillus capitoliū dedi
cās mortuū vt nūciabatur ſubito filium ſe iuſſit
abſente ſepeliri. l. paulus ſeptem diebus inter du
orum exequias filioꝝ triūphās vrbem ingreſſus ē
Pretermitto maximos catones gallos piſoēs bru
tos ſceuolas metellos ſcauros marios craſſos mar
cellos atqꝫ aufidios. quoꝝ nō miror in luctu ꝙ in
bellis v̊tus fuit. ⁊ quorū orbitates in cōſolatiōis
libro tullius explicauit ne videar aliena potius ꝙ
noſtra queſiſſe Quāquam ⁊ hec in ſuggillatioēm
noſtri breuiter dicta ſunt ſi nō preſtet fides qd̉ ex-
hibuit infidelitas. Igitur ad noſtra venia⁹.
Nō plangam cum iacob ⁊ dauid filios in lege mo
rientes ſed cum chriſto in euāgelio ſuſcipiam reſur
gētes Iudeorum luctus chriſtianorum gaudium
eſt. Ad veſperum demorabitur fletus ⁊ ad matu-
tinum leticia. Nox p̄ceſſit dies appropinquauit.
Vn̄ ⁊ moyſes moriēs plāgitur ⁊ ieſus abſqꝫ funere
⁊ lachrimis in mōte ſepelitur. Quicquid de
ſcripturis ſuper lamētatiōe dici pōt i eo libro quo
paulā romę cōſolati ſum⁹ breuiter explicauim⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Nūc nobis ꝑ aliam ſemitā ad eūdē locū ꝑueniendū
ē. ne videamur ꝓterita obolita calcare veſtigia Sci
mꝰ quidē nepotianū nr̄m ēe cū xp̄o ⁊ ſcōꝝ mixtum
choris. qd̄ hic nobiſcū eminꝰ rimabatur i terris
⁊ eſtiātiōe querebat ibi cominꝰ vidētem dicere Si
cut audiuimꝰ ita ⁊ vidiꝰ in cītate dn̄i v̄tutū in cita
te dei nr̄i. ſꝫ deſideriū abſentie eiꝰ ferre n̄ poſſumꝰ
nō illiꝰ ſed nr̄ām vicem dolētes Quāto ille felicior
tāto nos āplius in dolore ꝙ tali caremꝰ bono Fle
bāt ⁊ ſorores lazarum quē reſurrecturꝫ nouerāt Et
vt verꝰ hoīs exp̄meret² affectꝰ ip̄e ſaluator plora-
uit quem ſuſcitaturꝰ erat. Apl's quoqꝫ is qui dixe
rat Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o Et aliui. Mihi vi
uere chriſtꝰ ē ⁊ mori lucrū Grās agit ꝙ epaphras
de mortis ſibi vicinia redditus ſit. ne haberet triſ-
ticiam ſup̄ triſticiam nō incredulitatis metu ſed de
ſiderio caritatis Quātomagis tu ⁊ auunculus ⁊
epiſcopus hoc eſt ⁊ in carne ⁊ in ſpiritu pater doles
abeſſe. viſcera tua ⁊ quaſi a te diuiſa ſuſpiras.
Sed obſecro vt modū adhibeas in dolore memor
illius ſentētie ne quid nimis. obligatoqꝫ parump̄
vulnere audies laudes eiꝰ cꝰ ſp̄ v̄tute letatꝰ es Nec
doleas ꝙ t'lem amiſeris ſed gaudeas ꝙ talem ha
bueris Et ſicut ij qui in breui tabella terrarū ſitus
pingūt. ita in p̄uo iſto volumine cernas adūbrata
nō exp̄ſſa ſigna v̄tutum. ſuſcipias qꝫ a nobis nō
vires ſed volūtatē Hec precepta ſunt rhetorum. vt
maiores eiꝰ qui laudandus eſt ⁊ eoꝝ altius geſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

repetatur. ſic qꝫ ad ipſm ꝑ gradꝰ ſermo ꝑueniat quo
videlꝫ auitis pn̄is qꝫ v̇tutibꝰ illuſtrioꝛ fiat. ⁊ vt n̄
degeneraſſe a bonis aut melioꝛes ipſe oꝛnaſſe videa
tur. Ego carnis bona que ſꝑ ⁊ ipſe cōtempſit in aīe
laudibus nō requirā nec me iactabo de gn̄e id ē de
alienigenis bonis. cum ⁊ abrahā ⁊ iſaac ſci viri ⁊
iuſti iſmahel ⁊ eſau pctōꝛes genuerūt. ⁊ e regione
iepthe in catalogo iuſtoꝝ apl'i voce numeratꝰ. de
meretrice ſit natus. Anima inquit que peccauerit
ipſa moꝛietur. Ergo ⁊ que n̄ peccauerit ipſa viuet
Nec v̇tutes nec vicia parentum liberis imputātur
Ab eo tpe cēſemur ex quo in chriſto renaſcimur.
Paulus pſecutoꝛ eccl'e ⁊ mane lupus rapax. bēia
min ad veſpam diuidit eſcam. mane oui ſubmit,
tens caput. Igitur nepotianus noſter quaſi infā
tulus vagiens ⁊ rudis puer ſubito nobis quaſi de
ioꝛdane naſcitur. Alius foꝛſitan ſcriberet ꝙ ob ſa
lutem illius oꝛientem heremum dimiſeris ⁊ me ca
riſſimum ſodalem tuum redeūdi ſpe lactaueris vt
p̄mum ſi fieri poſſet ſoꝛoꝛem cum paruulo viduā
deīn ſi conſilium illa reſpueret ſaltem nepotē dul,
ciſſimum conſeruares. Hic eſt enim ille de quo tibi
quondam vaticinatus ſum. Licet paruulus ex col
lo pendeat nepos ⁊c. Referret inquam alius ꝙ in
palacij militia ſub clamide ⁊ cādēti lino coꝛpus eꝰ
cilicio tritū ſit. ꝙ ſtans ante ſeculi poteſtates luri
rida ieiunijs oꝛa poꝛtauerit. Qd̄ adhuc ſub alteriꝰ
indumētis alteri militauerit. ⁊ ad hoc habuerit ci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

gulum vt viduis pupillis oppreſſis miſeris qꝫ ſub
ueniret. Mihi nō placēt dilatiōes iſte imꝑfecte ſer
uitutis dei Et cēturiōem corneliumvt lego iuſtum
ſtatim audio baptiſatum. Verūptamen velut icu
nabula quedā naſcētis fidei comꝓbemꝰ vt qui ſub
alienis ſignis deuotꝰ miles fuit donādꝰ laurea fit
poſtq̄ ſuo regi cepit militare Baltheo poſito hitu
qꝫ mutato quicquid caſtrēſis peculij fuit i pauꝑeſ
erogauit Legerat enim qui vult ꝑfectꝰ eſſe vēdat ō
nia que hēt ⁊ det pauꝑibꝰ ⁊ ſequatur me. Et iterū
Nō poteſtis duobꝰ dn̄is ſeruire deo ⁊ mām̄one Er
cepta vili tunica ⁊ opimēto vili quo tecto tātū cor
pore frigus excluderet nihil ſibi āplius reſeruaret.
Cultus ipſe ꝑuicie morem ſequēs nec mūdicijs nec
ſordibus notabilis erat. Cumqꝫ arderet quotidie
aut ad egipti moāſteria pergere aut meſopotanee
inuiſere choros. vel certe inſularum dalmacie que
vltima tātum freto diſtāt occupare. auūculum pō
tificem deſerere nō audebat tota in illo cernēs exē
pla ꝟtutum domiqꝫ hn̄s vn̄ diſceret In vno atqꝫ
eodem ⁊ imitabatur monachum ⁊ ep̄m veneraba
tur Nō vt pleriſqꝫ accidere ſolet aſſiduitas familia
ritatem. familiaritas contemptum illius fecerat.
ſed ita eum colebat quaſi parētem. ita eum admi
rabatur quaſi quotidie nouum cerneret. Quid
multa. fit clericus. ⁊ per ſolitos gradus preſbiter
ordinatur Ieſu bōe qui gemitꝰ qui eiulatꝰ que cibi
iterdictio. que fuga ocloꝝ oīm Tūc p̄mū ⁊ ſolum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

auūculo iratus eſt. Querebatur ſe ferre nō poſſe ⁊
iuuenilem etatem icongruam ſacerdotio cābatur
Sed quāto plus repugnabat tātomagis oīm i ſe
ſtudia cōcitabat ⁊ merebatur negādo qd̓ eſſe nole
bat. eo ꝗ dignior erat quo ſe clamabat idignum.
Vidimus thimotheum noſtris tpibus ⁊ canos in
ſapientia electumqꝫ a moiſe preſbiterum quem ipe
ſcicet eſſe preſbiterum. Igitur clericatū nō ho
norem intelligēs. ſed onus pmam curam habuit
vt hūilitate ſuparet inuidiam. deinde vt nullam
obſceni de ſe rumoris fabulam daret. vt qui mor-
debantur ad etatem eius ſtuperēt ad cōtinētiam.
Subuenire pauperibus viſitare languentes pro
care hoſpicio lenire blādicijs gaudere cum gaudē-
tibus flere cum flentibus Cecorum baculus eſuriē
tium cibus ſpes miſerorum ſolamen languentiū
fuit. Ita in ſingulis virtutibus eminebat quaſi ce
teras nō haberet Inter preſbiteros ⁊ coequales p̄-
mos in ope extremus in ordine. Quicquid bōi fe
cerat ad auūculum referebat. ſed quid forte aliter
euenerat ꝙ putauerat illum neſcire ſe erraſſe dice-
bat. In publico epiſcopum domi patrem nouerat
Grauitatem morum hilaritate frontis tempera-
bat Gaudium in riſu nō cachinnum intelligeres.
Virgines ⁊ viduas criſti honorare vt matres hor
tari vt ſorores cum omni caſtitate Iam vero poſt
ꝙ domum ſe contulerat ⁊ relicto foris clerico duri
cie tradiderat monachorum. creber in orōnib9 vi-

gilās in precādo lachrymas deo non hominibus
offerebat. Jeiunia in aurige modum pro laſſitudi
ne ⁊ viribus corpis moderabatur Menſe aūt auū
culi intererat. ⁊ ſic appoſita queq; libabat vt ⁊ ſu
perſticionem fugeret ⁊ continētiam reſeruaret.
Sermo eius ⁊ omne conuiuium de ſcripturis ali,
quid proponere. liberter audire reſpondere verecū
de recta ſuſcipe praua nō acriter confutare. Diſ,
putantem contra ſe magis docere q̄ꝫ vincere. ⁊ in
genio pudore qui ornabat etatem quid cuius eſſet
ſimpliciter confiteri. atq; in hunc modum eruditi
onis gloriam declinando eruditiſſimus habebatꝛ
Illud aiebat tertulliani iſtud cipriani hoc lactācij
illud hilarij eſt. Sic minucius felix ita victorinus
in hunc modum locutus eſt arnobius Me quoq;
quem ꝓ ſodalitate auūculi diligebat īterdum ꝓ
ferebat in mediū lectione q; aſſidua ⁊ meditatiōe
diuturna pectus ſuum bibliothecam fecerat criſti
Quotiens ille trāſmarinis epſ̄is deprecatus eſt.
vt aliquid ad ſe ſcriberem. quotiens nocturnuꝫ de
euangelio petitorem ⁊ interpellatricem duri iudi,
cis mihi viduam exhibuit. Cūq; ego ſilentio ma,
gis q̄ꝫ litteris denegarem. ⁊ pudore reticentis pu,
dorem ſuffunderem poſtulantis auunculum mihi
oppoſuit peccatorem. qui ⁊ liberius ꝓ alio peteret
⁊ pro reuerentia ſacerdotij facilius impetraret.
Feci ergo quod voluit ⁊ breui libello amicicias no
ſtras eterne meōrie cōſecraui. Quo ſuſcepto creſ̄i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

qͦd viuim⁹ Quid te ſubtrahis quid tergiuerſaris
orō ⁊ Quaſi enim mortem illius differre poſſim⁹
⁊ vitam facere longiorem. ſic timemus ad vltimū
ꝑuenire Omnis caro fenum ⁊ omnis gloria eius
quaſi flos feni. Vbi nūc decora illa facies vbi toti-
us corporis dignitas quo veluti pulchro indumē-
to pulchritudo anime veſtiebatur. Marceſcebat
proch dolor flante auſtro lilium ⁊ purpurea viola
in pallorem ſenſim migrabat. Cumq; eſtuaret fe-
bribus ⁊ venarum fontes hauriret calor laſſo an-
helitu triſtem auūculum conſolabatur letus erat
vultu ⁊ vniuerſis circa plorātibus ſolus ipſe ride-
bat Proijcere pallium manus extēdere Videre qd̄
alij nō videbāt. ⁊ quaſi in occurſum ſe erigēs ſalu-
tare venientes. Intelligeres illum nō emori ſed e-
migrare. ⁊ mutare amicos nō relinquere. Voluū-
tur ꝑ ora lachrime ⁊ offirmato aīo nō queo dolorē
diſſimulare quem patior. Quis crederet in tali il-
lum tempore noſtre neceſſitudinis recordari. ⁊ luc-
tante aīa ſtudiorum dulcedinem Apprehenſa auū-
culi manu. hāc inquit tunicam qua vtebar in miſ-
terio chriſti mitte dilectiſſimo mihi etate patri fra-
tri collegio. ⁊ quicquid a te nepoti debebatur affe-
ctus in illum transfer quem mecum pariter dilige-
bas Atq; in talia v̄ba defecit auūculum manu me
recordatione cōtrectās Scio ꝙ volueris amorē in
te ciuium ſic probare. ⁊ affectū patere magis que-
ſiſſe in proſꝑis. Sed huiuſcemōi officium in bōis

iucūdiꝰ eſt in malis gratis Tota hūc ciuitas . to-
ta plāxit italia Corpus terra ſuſcepit aīa xp̄o red-
dita eſt . Tu nepotem querebas eccl'a ſacerdotem
Preceſſit te ſucceſſor tuꝰ . qd̄ tu eras . ille poſt te iu-
dicio oīm merebatꝛ . Atq; ita ex vna domo duplex
pontificatꝰ egreſſa ē dignitas dū ī altero gratula-
tio ē ꝙ tenuerit . in altero meror ꝙ raptꝰ ſit ne te-
neret . Platonis ſentētia eſt oīm ſapientium vitā
meditatioēm eſſe mortis laudāt hoc philoſophi ⁊
in celum ferunt . Sed multo fortius ap̄l'us . Coti-
die inquit morior ꝑ vrām gl'am Aliud eſt corona-
ri aliud agere aliud viuere moriturum aliud mori
victurum Ille moriturus ex gl'a ē iſte moriturꝰ ſp
ad gl'am . Debeꝰ igitur ⁊ nos aīo p̄meditari
quid aliquando futuri ſumus ⁊ quod velimus no-
limus abeſſe longius nō pōt . Nam ſi nōgētos vi-
te excederemus ānos vt an̄ diluuium viuebat hu-
manum genus ⁊ mathuſalem nobis tempora dōa-
rentur . tamen nihil eſſet preterita longitudo que
eſſe deſiſſet Etenim inter eum qui decem vixit an-
nos ⁊ illum qui mille . poſtquam idem finis vite
aduenerit . ⁊ irrecuſabilis mortis neceſſitas tranſ-
actum omne tantumdem eſt . niſi ꝙ magis ſenex
onuſtus peccatorum faſce proficiſcitur . Optima
queq; dies miſeris mortalibus eui Prima fugit .
ſubeunt morbi triſtiſq; ſenectus Et labor ⁊ dure
rapit inclementia mortis .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Neuius poeta pati inquit neceſſe ē mortalem mul
ta mala Vn̄ ⁊ niobā qꝫ multum fleuit in lapidem
⁊ in diuerſas beſtias cōmutatā finxit ātiquitas .
Et heſiodus natales hoim plāgēs gaudet i funere
Prudēterqꝫ ēniꝰ Plebs ait in hoc regi anteſtat lo
co . licet lacrimari plebi . regi hoēſte nō licꝫ Vt regi
ſic epiſcopo . imo minꝰ epō ꝙ̄ regi . Jlle ei nolētibꝰ
p̄eſt hic volentibꝰ Jlle terrore ſubicit hic ſeruituti
dōatꝛ Jlle corpa cuſtodit ad mortē hic aīās ſeruat
ad vitā Jn te oculi oīm dirigūtꝛ Domꝰ tue cōuer
ſatio quaſi in ſpecula cōſtituta mgrā ē publice diſ-
cipline Quicquid feceris id ſibi oēs faciēdū putāt
Caue ne committas vt aut qui reprehendrre volu
it digne laceraſſe videantur . aut qui imitari cogā
tur delinquere . Vince quantum potes . immo eti
am plus ꝙ̄ potes molliciem animi tui . ⁊ vbertim
fluentes lachrimas reprime . ne grādus pietas in
nepotem apud incredulas mentes deſperatio pu-
tetur in deum Deſiderandus tibi eſt quaſi abſens
non quaſi mortuus vt illum expectare nō amiſiſſe
videaris . Verum quid ago . medēs dolori quem
iam reor ⁊ tpe ⁊ rōne ſedatum . ac nō potius repli-
co tibi vicinas regum miſerias ⁊ noſtri temporis
calamitates . ⁊ non tam plangendus ſit qui hac
luce caruerit . ꝙ̄ congratulādum ei ꝙ de tātis ma
lis euaſerit . Cōſtantiꝰ arriāe fautor hereſeos dū
cōtra īimicū paratꝛ ⁊ cōcitꝰ fertꝛ ad pugnā i inop
ſi vico moriēs magnō dolore hoſti reliqt ipiū Julia

nus proditor anime ſue ⁊ chriſtiani iugulator exer
citus chriſtum ſenſit in media quem primum in
gallia denegauerat. dum qꝫ romanos vult propa
gare fines. perdit propagatos. Iouianꝰ gu
ſtatis tantum regalibus bonis. fetore prunarum
ſuffocatus interijt. oſtendens omnibus quid ſit
humana potẽtia. Valentinianus vaſtato ge
nitali ſolo ⁊ multam patriam derelinquens. vomi
tu ſanguinis extinctus eſt. Cuius germanus va
lens gothico bello victus in trachia. eundem lo
cum ⁊ mortis habuit ⁊ ſepulchri. Gracianus
ab exercitu ſuo proditus ⁊ ab obuijs vrbibus non
receptus ladibrio hoſti fuit. cruente qꝫ manus veſ
tigia. tui parietes lugdune teſtantur.

Adoleſcens valentinianus ⁊ pene puer. poſt
fugam poſt exilia poſt recuperatum multo ſangui
ne imperium. haud procul ab vrbe fraterne mor
tis conſcia necatus eſt. ⁊ cadauer exanime infa
matum ſuſpendio. Quid loquar de procopio
Maximo Eugenio. qui vtiqꝫ dum rerum potiren
tur terrori gentibus erant. Omnes capti ſteterũt
ante ora victorum. ⁊ quod potentiſſimus quon
dam miſerrimum eſt. prius ignominia ſeruitutis
ꝗ hoſtili mucrone confoſſi ſunt. Dicat ali
quis regum talis condicio eſt. feriuntqꝫ ſummos
fulgura montes. Ad priuatas veniam digni
tates nec de ijs loquor qui excedunt biennium.
Atqꝫ vt ceteros pretermittã. ſufficit nobis trium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

nuper conſularium diuerſos exitus ſcribere Abun
dantius egens ponti exulat Rufini caput pilo con-
ſtantinopoli geſtatum eſt. ⁊ abciſa manus dexte
ra ad dedecus inſaciabilis auaricie. oſtiatim ſti-
pem mendicauit. Timaſius repente precipitatus
de altiſſimo dignitatis gradu euaſiſſe ſe putat ꝙ
aſſe viuit inglorius. Non calamitates miſerorum
ſed fragilem humane conditionis narro ſtatum.
Horret animus temporum noſtrorum ruinas pro
ſequi Viginti ⁊ eo amplius anni ſunt ꝙ inter con-
ſtantinopolim ⁊ alpes iulias quotidie romanus
ſanguis effunditur. Scythiam. traciam. mache
doniam. theſſaliam. dardoniam. achaiam. epy-
ros. dalmaciam. cunctas qꝫ pānonias gothus
ſarmata quadus alanus huniwaldi marcomāni
vaſtant trahunt rapiunt. Quot matrone.
quot virgines dei ⁊ ingenia nobilia qꝫ corpora his
beluis fuere ludibrio. Capti epiſcopi. interfecti pſ̄
biteri ⁊ diuerſorum officia clericorum ſubuerſe ec
cleſie. ⁊ circa altaria chriſti ſtabulati equi. marti-
rum effoſſe reliquie. Vbiqꝫ luctus. vbiqꝫ gemitꝰ
⁊ plurima mortis imago Romanus orbis ruit ⁊
tamen ceruix noſtra erecta nō flectitur. Quid pu
tas animi nunc habere corintheos athenienſes la
cedemonios arcades cunctamqꝫ greciam quibus
imperant barbari. Et certe paucas vrbes nomīa
ui in quibus olim fuere regna non modica. Im
munis ab his malis videbatur oriens ⁊ tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

auaricijs conſternatus.

Et ecce tibi anno pꝛeterito ex vltimis caucaſi
rupibus immiſſi in nos non arabie ſed ſeptentrio
nis lupi tātas bꝛeui ꝓuincias percurrerunt.
Quot monaſteria capta. quante fluuioꝛum aque
humano cruoꝛe mutate ſunt. Obſeſſa antiochia
⁊ vꝛbes relique. quas halis cidinis oꝛontes eufra-
tes qꝫ pꝛeterfluunt Tracti greges captiuoꝛum. A
rabia fenix paleſtina egiptus timoꝛe captiue.
Non mihi ſi lingue centum ſint oꝛa qꝫ centum fer-
rea vox. omnia penarum percurrere nomina poſ-
ſim. Neqꝫ enim hiſtoꝛiam pꝛopoſui ſcribere ſed
noſtras bꝛeuiter flere miſerias. Alioqui ad hec
merito explicanda ⁊ tuchidides ⁊ ſaluſtius muti
ſunt. Felix nepotianus qui hec non videt. Fe
lix qui iſta non audit. Nos miſeri qui aut patimur
aut patientes fratres noſtros tanta perſpicimus
⁊ tamen viuere volumus. eos qꝫ qui his carent
flendos potius q̄ꝫ beatos putamus. Olim offen
ſum ſentimus nec placamus deum.

Noſtris peccatis barbari foꝛtes ſunt. noſtris
vicijs romanus ſuperatur exercitus. ⁊ quaſi non
hec ſufficerent cladibus. plus pene bella ciuilia
q̄ꝫ hoſtilis mucro conſumpſit. Miſeri iſrahe-
lite ad quoꝛum comparationem nabugodonoſoꝛ
ſeruus altiſſimi dei dicitur. Infelices nos qui
tantum diſplicemus deo vt per rabiem barbaro-
rum illius ira in nos deſeuiat. Ezechias egit

penitentiam ⁊ centum octuaginta quinqꝫ milia
aſſyriorum ab vno angelo vna nocte deleta ſunt.
Joſephat laudes domino continebat. ⁊ dñs
pro laudante ſuperabat. Moyſes contra amelech
non gladio ſed oratione pugnauit.
Si ergo volumus. proſternamur. Proch pu
dor ⁊ ſtolida vſqꝫ ad incredulitatem meus. Roma
nus exercitus victor orbis ⁊ dominus ab his vin
citur. hos pauet. horum terretur aſpectu qui igre
di non valent. qui ſi terram tetigerint ſe mortuos
arbitrantur. Et non intelligimus prophrtarum
voces. fugient mille vno perſequente. Nec ampu
tamus cauſas morbi vt morbus pariter auferat᷑
ſtatim qꝫ cernimus ſagittas piſis thiaras galeis
caballos equis cedere. Exceſſimus conſolan
di modum. ⁊ dum vnius mortem flere prohibe,
mus. totius orbis mortuos plangimus. Xerſes
ille rex potentiſſimus qui ſubuertit montes. ma,
ria conſtrauit. cum de ſublimi loco infinitam ho,
minum multitudinem. ⁊ innumerabilem vidiſſet
exercitum. fleſſe dicitur. ꝙ poſt centum annos
nullus eorum quos tunc cernebat ſuperfuturus
eſſet. O ſi poſſemus in talem aſcendere ſpeculam.
de qua vniuerſam terram ſub noſtris pedibus cer,
neremus. iam tibi oſtenderem totius mundi rui,
nas. gentes gentibus ⁊ regnis regna colliſa. a,
lios torqueri. alios necari. alios abſorberi flucti,
bus. alios ad ſeruitutem trahi. Hic nuptias. ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

planctu . illos naſci . iſtos mori . alios affluere di
uitijs . alios mendicare . Et non xerſis tantum ex
ercitum . ſed totius mundi homines qui nūc viuūt
in breui ſpacio defuturos Vincitur ſermo dei mag
nitudine ⁊ minus eſt omne quod dicimus .

Redeamus igitur ad nos . ⁊ quaſi e celo deſ
cendentes pauliſpar noſtra videamus Sentis ne
obſecro te quando infans . quando puer . quādo
iuuenis . quando robuſte etatis . quādo ſenex fac
tus ſis . Quotidie morimur . quotidie commuta
mur . ⁊ tamen eternos nos eſſe credimus .

Hoc ipſum quod dicto quod ſcribitur . quod
relego . quod emendo . de vita mea trahitur .
Quot puncta notarij tot meorum dampna ſunt
temporum . Scribimus atq; reſcribimus . trāſe
unt maria epiſtole . ⁊ findente ſulcos carina . per
ſingulos fluctus etatis noſtre momenta minuun
tur . Solum habemus lucri ꝙ chriſti nobis amo
re ſociamur . Primo chorintheorum xiij . Chari
tas patiens eſt . Caritas non zelatur . non agit ꝑ
peram . non inflatur . Omnia ſperat . omnia ſuf
fert . omnia credit . omnia patitur . Caritas nū
ꝙ excidit . Hec ſemꝑ viuit in pectore . Ob hāc
nepotianus noſter abſens preſens eſt . ⁊ ꝑ tanta
terrarū ſpacia diuiſos vtraq; complectitur manu .
Habemus mutue obſidem caritatis . Iungamur
ſpiritu . iungamamur affectu . ⁊ fortitudinē men
tis quam beatus papa cromachus oſtendit in dor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

mitione germani nos imitemur in filio Illum noſ
tra flagella decantet . illum cuncte littere ſonent .
Quem corpore non valemus recordatione tenea-
mus . ⁊ cum quo loqui nō poſſumꝰ de eo loqui nū
q̄ deſinamus . Finis felix Amen .

Impreſſum zwollis per me petrum ďos
Anno incarnationis dñi . M . cccc . xci . xxviij . die
menſis Martij .



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 100